

*II. Term.*

*MDCCCXXVIII.*

1828

*New York.*

Num Pacuvius comoedias scripserit.

Mercerus<sup>a</sup> dicit, Pacuvium comoedias non  
 magis scripserisse, quam tragoedias Terentium;  
 quam opinionem Bothius<sup>b</sup> probat. Nihil vero  
 minus idem Bothius alio loco<sup>c</sup> poetas illi  
 quatuor comoedias tribuit: Mercatorem, Peu-  
donem, Parentillam, Tuniculariam, et (suo  
 fragmenta) ea incertis comoediis. Easdem fab-  
 bulas etiam Henricus Stieglitzius<sup>d</sup> Pacuvii  
 esse perhibet. Equidem mihi persuades, Mer-  
 ceri sententiam allatam esse verissimam,  
 quam ut confirmem, singulos locos, unde  
 colligi possit, Pacuvium comoedias scripserisse,  
 examinabo.

---

<sup>a</sup>, ad Non. p. 211.  
<sup>b</sup>, Frag. Lat. fragm. p. 142.  
<sup>c</sup>, Comic. Lat. fragm. p. 28.  
<sup>d</sup>, (De M. Pacuvii Duloneste) p. 12.

Apud Varronem<sup>h</sup> haec leguntur: Pacuvius: Cum  
(cum) triportenta..... in Mercatore:

Non tibi istud magis (divitiarum) est, quam mihi  
hodie fuit (hoc die fuit vel fuit hodie?)."

Hic hic locus, quem alii aliter exhibent, legendus videtur. Post triportenta lacunam esse, primus (dixit) Jos. Scaliger, suspicatus est Turnebus, monuit Gothofredus<sup>g</sup>; recteque Spengelius lacunae signa posuit. Non dubie ante verba in Mercatore Plauti nomen excidit, cum, quod et ipsum iam pridem Varronis editores animadvertunt, idem ille versus laudatus in Plauti Mercatore (III. 4. 34.) reperitur, nisi quod hic pro Non tibi legitur Nec tibi, quae varietas profecto nullius ponderis est. Nihil igitur minus constat, quam Pacuvium Mercatorem composuisse.

<sup>e</sup>, De Ling. Lat. lib. III. c. III. 92. p. 342. ed. Spengel.

<sup>f</sup>, Vid. Spengelii annotata.

<sup>g</sup>, in annotatis ad Varronem p. 1655.

Porro apud Varronem<sup>h</sup> haec exstant, Nulla apud poetas reliqua esse verba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naevium in Hesione — in Clastidio — in Duloreste — in Demetrio — in Lampadione — in Agidone — in Romulo — in Stigmatia — in Technico — in Parentilla Pacuvii ab luce illustre, in Tunicularia. Excolas quassant, eiciunt (sic vulgo legitur, co-pices maxime fluctuant), a Graeco verbo ἐπι-ειν (ictum), in bello Punico. Nec satis et quae sequuntur. Quod si haec sana essent, negari non posset, Pacuvium comedias scripsisse. Ab quo- niam simul inde sequeretur, ut Pacuvius et iam bellum Punicum composuisse putandus esset, apparet, locum corruptum esse, nomen- que Pacuvii, quod aliquo errore irrepsit, esse eiciendum. Nam Naevii nomen ante verba

<sup>h</sup>, De Ling. Lat. lib. VII. c. VI. 101. p. 385. ed. Spengel.

in bello Punico excidisse statuere non licet,  
quia parum credibile est, Varronem primam  
ex Naevio aliquot exempla attulisse, deinde  
ea Pacuvio, tum rursus ea Naevio. Ger. To.  
Vossius<sup>i</sup> putat, quando de poematis scriptore con-  
staret, nomen eius a Varrone esse omissum;  
soli vero Hesionae et Parentillae adiectum  
esse Sarpaxiōs, quia alius etiam eius nomi-  
nis fabulam (vidisset; praeter Pacuvii enim  
Parentillam fuisse alteram Naevii. Ab quo  
praeter Naevium scripsit Hesionam? Ab quo  
unquam ita locutus est, ut Vossius Varronem  
locutum esse pertinet? Praeterquam autem  
quod ex hoc ipso loco apparet, Pacuvii nomen  
esse expungendum, huc accedit, quod Naevii Pa-  
rentilla et Punicularia saepius etiam alibi<sup>x</sup>

i, Castigat. in fragm. trag. p. 118.

x, Parentilla Naevii laudatur a Festo v. Adnicat et a  
Charisio p. 101. 178. 186. 189. 192. 193. 195. 198. 213 apud

commemorantur; Pacuvio eius nominis fabu-  
lae alibi nusquam tribuuntur. Ut Vossius mi-  
ro illo modo Varronis locum interpretaretur,  
id eum adducit, quod Pullorestem, quae fa-  
bula hic manifesto Naevii esse dicitur, soli  
Pacuvio volebat vindicare. Dem Stieglitzium  
movit, ut Vossii explicationem probaret. Mihi  
quidem, quo diutius Varronis locum, modo lau-  
datum, inspicio; licet in ceteris, quae Stiegli-  
tzii de Pullorestis auctore disputat, facile ei  
assentiari: eo probabilius fit, Naevium quoque  
composuisse huius nominis fabulam. Nam  
unum istud argumentum, Naevii Pullorestem  
alibi nusquam commemorari, mihi nihil  
efficere videtur, cum plures fabularum Naev-  
ianarum semel tantummodo a scriptoribus

Putschii; Punicularia a Festo v. Penam et Naevium,

l, de M. Pacuvii Pulloreste p. 2909.

allatae reperiantur? Pieri tamen potest, ut illud  
Dulorestes corruptum sit, utque pro eo legendum  
sit Ludo. Plures enim libri non Dulorestes, sed Dolo  
exhibent. Atqui Ludo facile transire potuit in  
Dulo, unde postea Dolo, Dulorestes, Dolorestes, quod  
et ipsum unus codex habet, factum esse non im-  
probabile est. Ludum autem Naevii fabulam,  
quae apud Testum<sup>m</sup> Lupus dicitur, inscriptam  
fuisse, coniecit Josephus Scaliger<sup>m</sup>, cuius sententiam  
probant Dacernius<sup>o</sup> et Bothius<sup>q</sup>. Sed ne iusto diu-  
tius aliena nos moleantur: ut ubi res est, id qui-  
dem apparet, Pacuvii nomen in Varronis loco  
laudato esse expungendum, nec Pacurium Taron-  
tillam et Tuniculariam scripsisse, sed Naevium.  
Inpropterea autem nihil videtur illud Pacuvii  
hac ratione. Librarius quidam, offensus, quod

m, v. Redhostire.

n, ad Testi l. l.

o, ibidem.

q, Comic. Lat. fragm. p. 16.

Naevio tribueretur (Dulorestes, cum Pacurium  
solum fabulam, ita inscriptam, composuisse  
sciret, in margine) subius scripsit Pacuvii. Alter,  
opinans, hoc ad cetera pertinere forte quod omis-  
sum ac deinde in margine positum esse, falso  
loco nomen addidit.

Apud Testum<sup>m</sup> ea Pacurio haec verba afferun-  
tur, titulo fabulae omisso: „Pacessite hinc omnes,  
quae Bothius in Pacuvii comoediarum fragmen-  
ta incerta retulit. At quidni ea ex tragoedia  
sumpta esse possint?

Denique apud Fulgentium Planciadem reperien-  
tur (quo loci, huc pertinentes. Alter exstat p. 803.  
ap. Gothofr. (p. 562. Novii Merceri): „Blaterare quasi  
verba trepidantia metu balbutire (dixerunt. Pacu-  
Pseudone) comodia inducit Scparnionem (Merce-  
rus, quem sequitur Bothius, edidit Scparnum) ser-  
vum, ancillae (dicentem).

q, v. Tacussere.

— Si ego te

Blatenāntem adpicerem, his indicassem nūm̄tium;<sup>30</sup>  
alter p. 804 sq. ap. Gotthofr. (p. 565. Nonii Mercer.): Diobolares  
dicuntur vilissimae meretrices, quae parvo  
stipendio prostant. — Pacuu.

Non ego sic fui,

Ut nūc meretrices sūnt (Diobolares), suam  
Quae nūm̄ti causa parvi pendunt grātiam.<sup>31</sup>  
Qui loci etiam sic corrupti non essent, tamen,  
remotis ceteris, unde colligi posset, Pacuvium  
in comœdiarum scriptores referendum esse, his  
solis non tantum tribuendum putarem, ut sen-  
tentia nostra pronuntiata mutaretur. Neque  
enim Fulgentius, ut Bothius quoque ipse censet,<sup>32</sup>  
est, cui, soli aliquid tradenti, multum fidei habeas.  
Sed facillima mutatione litterae P in N pro  
Pacuu. habes Nacuu. vel Nacuu.; id est, Naevius, nec  
cubito, quin haec mutatio sibi necessaria.

<sup>30</sup> Aliter constituit hos versus Bothius, qui ipse videatur.  
<sup>31</sup> Comic. Lat. fragm. p. 272.

Num fabula palliata nomen generale fuerit.

Imprimis comœdiarum Graeci argumenti ab  
Romanis palliatam esse (dictam), plures vete-  
rum loci docent. Simul etiam ea Donati verbis:<sup>6</sup>  
"Haec masculini generis nomine nuncupata  
fabula est Eunuchus, et est palliata Menandri  
vetus," (discimus, non tantum, si Latine scriptae  
essent, sed etiam, si Graeca lingua essent compo-  
sita), comœdias Graeci argumenti palliatas  
Romanos appellavisse. Quaeritur autem, num  
comœdia sola, an etiam ceterae fabulae, in qui-  
bus Graecae personae repraesentarentur, no-  
minatae sint palliatae. Recentiores scriptores  
(et haec re parum consentiunt. alii, ad quos per-

<sup>a</sup> Vid. Donatus (de Comœdia), Praefat. in Terent. Andr.,  
Eunuch., ad Alph.; Jo. Laurent. Egidius (de Magistrat. recip.  
Rom. I. 40; Commentator Crugui. ad Horat. Epist. ad Pis. 288, alii.  
<sup>b</sup> Praefat. in Terent. Eunuchum.

linet Osannus,<sup>4</sup> qui (de tragoedia quoque) palliata loquitur, affirmant, fabulam palliatam nomen generale fuisse; alii, quorum recentissimus est Bachrius,<sup>5</sup> hoc negant.

Potuisse omnes, in quibus mores Graeci intro-  
ducerentur, fabulas (sive) palliatas, cuique est con-  
cedendum. Nam cum ab histrionibus palliatis age-  
rentur, ne vera ipsae quoque palliatae erant. Haec  
vel hinc sequitur, si quis recentiorum tragoe-  
diam aliasque Graeci argumenti fabulas, quae  
non fuerint comoediae, palliatas dicat, cum non  
esse reprehendendum. Sunt tamen etiam testimo-  
nia, quae docent, iam apud antiquos fabulam  
palliatae latiore habuisse significatio-  
nem. Diomedes grammaticus scribit:<sup>6</sup> "Togatas  
fabulae dicuntur, quae scriptae sunt secundum  
ritus et habitus hominum togatorum, id est, Roma-  
norum: toga namque Romana est, sicut Graecae fa-

<sup>4</sup> Analact. crit. p. 44.

<sup>5</sup> Geschichte der rom. Literatur p. 55.

<sup>6</sup> p. 486 sq. ap. Putsch.

57  
bulas ab habitu aequae palliatas Varro ait nomina-  
ri." Quodsi Varro tantummodo comoedias ab habi-  
tu Graecorum palliatas nominari dixisset, subin-  
tari non potest, quin Diomedes quoque idem indicat  
visset, neque eas generali togatarum nomini oppo-  
sisset. Ac (Diomedis quidem sententia) fabulam  
palliatae latiore habuisse significationem,  
magis etiam apparet ex eius verbis, quae paullo  
post, iis, qui togatas generale nomen, speciali-  
ter pro tabernariis ponant, reprehensis, profert:  
"Latinarum fabularum species tot fere sunt,  
quot et palliatarum." Si enim palliatarum  
plures sunt species, necessario non comoedia  
sola est palliata. Ceterum (Diomedis testimonio  
eo plus fidei est habendum, quod hic grammaticus  
pleraque eorum, quae apud eum ad rem scaeni-

<sup>7</sup> Sic locus est legendus, ut vel ex ipso Diomede apparet.

Tulgo pro Latinarum ea habetur Togatarum, quod li-  
brarii est, corrigendi studiosi.

cam pertinent, ex Varro et Suetonio, quos interdum  
laudat, videtur hausisse. — Alius etiam huc refer-  
ri potest locus ex Donati commentationum de  
comoedia: „Comoediam apud Graecos dabitur est quis  
invenit primus, apud Latinos certum est. Comoe-  
diam et tragoediam togatam primo Livius Androni-  
cus reperit.“ Nam verbum togatam manifesto  
corruptum est, legendumque videtur, ut Osannus  
l. c. probabiliter coniecit palliatae. — Pro certo  
igitur hoc haberi potest: omnes quidem Graeci  
argumenti fabulas scaenicas Romanorum ve-  
rae palliatae et fuisse et appellatas esse, praeci-  
pue vero comoedias hoc nomen sibi vindicasse.  
Cuius rei ea videtur esse causa, quod etiam Roma-  
ni argumenti castabant comoedias, quas ab illis  
ita distinguebant, ut haec dicerentur comoediae  
togatae, quae interdum etiam tabernariae appel-  
labantur, illae comoediae palliatae, tragoedias

58  
autem, certe veras, et tragicocomoedias (domestici  
argumenti Romani non habuerunt. Itaque vel  
simpliciter, id est, non addito vocabulo palliatae, tra-  
goedia et tragicocomoedia Graeci argumenti fabu-  
las significabant. Mimorum quidem, ut singulari  
libello demonstravimus, alii Romanorum, alii Graecorum  
cum argumentum habebant, sed haec fabulae ple-  
rumque ita discernebantur, ut, quae Graecos mo-  
res repraesentarent, simpliciter mimi diceren-  
tur — sicut etiam comoedia interdum καὶ ἐξομῆ  
comoedia, ad Graecorum morum imitationem  
compositam, significabat<sup>8</sup> — quae Romanos, planipe-  
dum fabulae sive, praesertim superioribus temporibus,  
planipediae.

---

g. Th. Both. Comic. Lat. fragm. p. 156.

---

